Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35122
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

Omnes quas inferiores coniunctiones s. tonum / semitonium / dip
tonum. semidiptonum / et cetera. diapason complectitur et his
omnibus maius est. et inparium proportiones quecunque que inde
posset reperiri / in ipso diapason habent continentiam. Omnis ar
monie dulcedo diatessaron vel diapente commixta
ipsius amenitati diapason dicitur esse coniuncta. Cum igitur
consonantiarum coniunctionum que quarumcunque in sonorum
qualitate et armonie suavitate optimam dicimus
diapason consonantiam esse ut dictum est. Et dicitur
diapason a dia quod est de et pason octo vel omne / eo
quod sit de octo seu de omnibus sonis seu vocibus con
stituta. Quinque continet sexquioctavas proportiones dia
pason ac minorum semitoniorum duas que uni du
ple proportioni in qua consistit diapason excellit / de
qua plene tractabitur suo loco. Quod autem in sedibus
in Latina manu diapason inveniatur supra mon
stratum est. Sed in greca manu recipitur a proslam
banomenos ad mese. a hipatehipaton ad parame
se. ab hiperhipatehipaton ad tritediezeumenon. Lati
ne ab A primo ad primam. a prima ♮. ad ♮m. a C. primo ad primam
et sic ultra de litera in literam per totam grecorum manum
diapason consonantiarum dictam habet reperiri ut patet inferius
Sed quamvis ut dictum est / diatessaron et diapente quodam
subalterna genera esse probantur. Cum de pluribus spe